

Ziber

tionem ipsius reginae Antonio timete: nec nisi prae gustatos cibos sumente: fert ab ore eius iussisse ex tremis coronae floribus ueneno illitis. ipsaque capiti imposita mox praecedente hilaritate iuitauit Antonium ut coronas biberent. Quis istas timeret insidias. Ergo coepta in sulphure incipiente haurire opposita manu en ego sum inquit illa caret Antoni: quae tu noua praegustatiu diligetia caues adeo mihi si possim sine te uiuere occasio & ratio adest. inde e ducta e custodia bibere iussit: illico expirante. De coronis extra supra dictos scripsit Theophrastus apud graecos. Ex nostris autem inscribere aliqui libros anthologicon. Flores uero persecutus est nemo: quod equidem inueniam. Nec nos nunc. sed coronas necemus. id enim frivolum est. Sed de floribus quae uidebuntur digna memorabimus. paucissima genera nostri coronamento: inter hortensia nouere: ac pene uioles rosasque tantum.

De rosa in coronis: & de generibus eius: & ubi seratur.

Cap. iiii.

Sed minutissimis spinoniam uel spermoniam

Mosce-ton

Raris

Rosa nascitur spina ueriusquam frutices: in rubo quoque pueniens. illic est iucundi odoris quauis agniti. Germinat omni praeter inclusa granato cortice. Quo mox itumescere & in uirides alabastris fastigato paulatim rubescere dehiscit: ac sese patit in calicis medio sui stantis complexa luteos apices. Vnus eius in coronis prope nimius est. Oleo maceratur. idque iam a troiaensibus Homero teste. praeterea in unguenta transit ut diximus. per se medicas artes praebet. emplastris atque colyriis imponitur mordaci subtilitate. Mensurae est delitiis in unguentis minime noxia. Contra genera eius nostri fecere celeberrima: prenestina & campana. addidere alii milesiam: cuius sit ardentissimus color non excedentis duodena folia. proxima ei trachiniana: minus rubentem. Mox alabandica uiliore: albicantibus foliis. Vtilissima uero pluribus uel minutissima spinosam. Differunt. non multitudine foliorum: asperitate: leuore colore: odore. paucissima quina folia ac deinde numerosiora. Cum sit genus eius quae centifolia uocatur: quae est in campania italiae graeciae uero circa philippos: Sed ibi non suae terrae puenit. pangeus namque mos in uicino se re est numerosis foliis ac paruis. Vnde accolae transferentes coferunt. ipsaque plantatioe perficiunt. Non autem talis odoratissima est: Nec cui latissimum maximumque folium. Breuiterque indicium est odoris scabritia corticis. Cepio Tiberii Caesaris principatu negauit centifolia in coronis addi praeterquam extremos uelut ad cardines: nec odore nec specie probabile. Est & quae graeca appellatur a nostris a graecis lychnis: non nisi in humidis locis pueniens: nec unquam excedens quinque folia: uioles magnitudine: odore nullo. est & alia graecula appellata: conuolutis foliorum paniculis: nec dehiscens nisi manu coacta: semperque nascere similis: latissimis foliis. Alia funditur e caule maluaceo: folia oleacea habes. Muscetone uocant. Atque iter has media magnitudine autumnalis: quae coroneola uocant omnes: sine odore praeter coroneolam in rubo nata tot modis adulteratur. Et alias uera quoque plurimum solo praeualet. Cyrenis odoratissima est. Ideoque ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine hispaniae hyeme quoque tota praecox. Refert & caeli temperies. Quibusdam enim annis minus odorata puenit. praeter ea locis omnis siccis quam humidis odoratior. Seru nec pinguibus uult: nec argillosis locis: nec riguis contenta ruribus. proprieque ruderatum agrum amat. praecox campana. Sera milesia. Nouissime tamen definit prenestina. Fodiuntur altius quam fruges leuius quam uites. Tardissime pueniant semine: quod in ipso cortice sub est ipso flore opertum lanugine. ob id potius caule conciso inseruntur & ocellis radice: ut harundo. Vnum genus inseritur pallidae spinosae longissimis uirgis quinque folia: quae est graecula altera est. omni autem recisione atque uestione perficit. Translatio quoque ut uitis optime ocissimeque puenit. Surculis quaternum digytorum longitudine aut ampliore post uergiliae occasum lata. Dein per fauoniam translata: pedibus interuallis: crebroque circumfossa. Qui praecocae faciunt pedali circa radicem scrobe aqua calida infundunt: germinare incipiente calice.

De lilio tria genera: & ratione ea inferendi.

Cap. v.

Lilium rosae nobilitate proximum est: & quadam cognatione unguenti oleique: quod lilio appellatur. Et impositum etiam maxime rosas decet medio puentu earum incipiens. nec ullis floribus ex celsitas maior interdum cubitoque trium. Languido semper collo & non sufficiente capitis oneri. Candor eius eximius. Foliis foris striatis: & ab angustis in latitudinem paulatim sese laxantibus effigie calathi. Resupinis per ambicum labris. tenuique filo & semine stantibus in medio crocis. Ita odor colorque duplex. ut alius calicis: alius staminis: differentia angusta. in unguenti uero oleique usu folia non spernuntur. Est flos non dissimilis illis in herba quae conuoluulum uocant: nascens per frutera: nullo odore: nec crocis intus candorem tantum referens: ac ueluti rudimentum naturae lilia facere condiscere. Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur: quibus rosa. Et hoc amplius lachryma sua: ut hippofelium. nihilque est fecundius. una radice quinquagenos saepe emittente bulbos. est & rubes liliolum: quod graeci crinon uocant. Alii flores eius cynorhodon. Laudatissimum in anthiochia & laodicea syriae: mox in phaselide. Quartum locum optinet in italia nascens. Sunt & purpurea lilia: aliquando gemino caule carnosiore tantum radice maiorisque bulbis: sed unius. narcisum uocant huius altere genus flore candido: calice purpureo. Differentia a liliis est & haec quoque narcisis folia in radice sunt. probatissimis in lyciae montibus. Tertio generi caetera eadem. Calix haerbaeus: omnes serotini. post arcturum enim flores: ac per